



A 1610
X.



" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"
/314.ig.j./

Quintilianus lib. I.
cap. 14.

Grammatica plus habet in recessu, quam in fronte promittit. Quò minus sunt ferendi, qui hanc artem, ut tenuem ac junam, cavillantur: quæ nisi oratori futuro fideliter fundamenta jecerit, quicquid superstruxerit, corruet: necessaria pu-eris, jucunda senibus, dulcis se-cretorum comes: & quæ vel sola omni studiorum gene-re plus habet operis quam ostentationis.



Generosi & Nobilissimi Viri,

Dni: IOBI RHAELL
Fodinarum, metallicarum,
SCHMELLNICENSIVM præ-fecti peritissimi atq; laudatissimi

FILIOLIS

JOHANNI } RHAELL
& CASPARI }

Eximie indolis ac optime speci pueris
Gratiam D E I, felicem in studiis progressum
& vitam longam P.



Vando Philosophorum
Princeps Aristoteles
intellectum hominis de-
scribere cogitat, inter
alia sic scriptum reli-
quit, lib. 3. de anima
cap. 4. text. 15: INTELLECTVS po-
tentia quidem est quodammodo in-

A 2 telli-

telligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum, antequam intelligat ista: oportet autem in ipso nihil esse, perinde atque in tabula nihil est actu scriptum, antea quam in ipsa scribatur. Quibus verbis docet, neminem nasci vel eruditum vel artificem, sed omnia deum studio ac labore addisci; somnisq; intellectum pre reliquis creaturis omnibus, ita sabilem esse, ut etiam si nullo habitetur sit imbutus, imbui tamen posse quo- cunq; id quod etiam experientia testatur. Rudis enim natus homo quando vel preceptoribus in schola vel artificibus in officina erudiendus ac informandus traditur, nullus est, quin non arte quadam imbuiri indui possit, modo naturalis inclinatio ac physis ipsa, cumnam studio apta nata sit, observetur, ne ea in vita aliquid tentetur, secundum illud poete,

Tu nihil invita dicis faciesq; Minerva.

Natura enim quemadmodum nihil perficit sine cura; ita nec cura quicquam felicit peragit sine natura: Naturam dat

Deus

Deus, curam, cum bono Deo, suscipiunt decentes simul ac discentes. In pueris igitur Scholasticis erudiendis naturam, quam Deus dedit studiis bonarum artium aptam, preceptores informatione sua exponunt ac perficiunt, Deo ex altis incrementum largiente; Illud autem non nisi decenti & certo fieri potest ac debet ordine. Quemadmodum enim vas, angustioris quod est, non uno subito flumine impleri potest: sed tenui ac lenta infusione: ita nec puerorum intellectui integra statim ars seu disciplina simul inscribi potest, sed guttatum quasi instillari debet. Hinc optimè faciunt preceptores illi, qui quamlibet artem seu disciplinam in tres dividunt classes, ita, ut illius primò brevissima epitome prescribatur, ex qua summa & Synopsis tantum illius artis percipiatur, ac rudimenta prima maximèq; necessaria discantur: deinde plenius Compendium ejusdem, eadem methodo conscriptum, aliisq; preceptis ac regulis seu observationibus auctum, trada-

A 3

tur.

3

tur: tandem integra illa cum quarun-
dam controversiarum ac dubiorum occur-
rentium enodatione ac solutione propona-
tur. Sic enim artem quamvis facile ac so-
lide addisci nullus eruditorum dubitat.
Quis ergo improbat istum ordinem in
proponenda ac perdiscenda Grammatica?
Certe si in villa alia disciplina certo opus
est ordine, ac Preceptorum prudentia,
in hac opus est, quispe que fueris propon-
nitur, qui ad annos discretionis maturos
non dum servenerunt, intellectusq; sunt
ad suctenelli, qui pluribus simul obtundi-
re quaquam debet, nec male dispositis,
ac subinde variatis preceptis confundi.
Proinde, quia in classe hujus Scholæ L.
terti i Compendium Grammaticæ Latine
plenius seu majus, quo via ad integrum
Dñi: PHILIPPI Grammaticam in se-
cunda classe perdiscendam, sternitur re-
ctissima, discunt pueri, pro quartanis
minus Socce, ex illo majori excerptum,
adernare necessarium duxi vel propterea,
ut prima statim Grammatices institutio-

ne, certo ac eodem, qui in majori dein-
ceps discendo observatur, ordine con-
scripta precepita discent, adeo q;
spatio vnius semestris prima rudimenta
benè cognita, ac memorie feliciter infixa
saberent; id quod magno cum eruditio-
nis commodo & discentium fructu fieri
posse persuasum habeo. Vobis autem &
vestro nomini, pueri charissimi Socce
minus compendium dedicatum, donatum
ac inscriptum volui, ut vos, qui novis
libellis delectamini, magis magisq; ad
studia literarum & genarum artium in-
citarem, & Generosi Demini Patris
vestri, qui singulari me semper prosecutus
est ac prosequitur amore ac favore,
memoriam gratam deposuisse ne viderer,
sed potius illius nomen laudatissimum in
vobis, optimi Patris optimis Filiolis,
publicè decantarem, ansamq; preberem
vobis, ut alacri studio in artium bona-
rum ac liberalium studio pergere non de-
sistatis orans, ut multum ex iis fructum
percipiatis, Deo ex altis benedicente,

cujus

cujus protectioni prepotenti Vos, cum tota domo Rhaeliuna ardentibus votis ac precibus meis commendo, ac optimè diu Valere cupio. Datum Novocomio, die 10. Septemb. anno Christi 1619.

Vester.

M. ELIAS VESINVS.

EDERE Grammaticos te quidnam, VRSIA libellos
Vrsit, Philosophum Theologumq; vis
Nimirum labor est, VRSINOS lambere fuit,
Linguaq; sic natus forma fit ipsa tuis.
Massa placet nulli rudis, est opus omne politum,
Gratus, & cuncte Forma dat esse rei.
Vult tua de senibus, puerisq; virisq; mereri,
Quos vis ad Themiden Sparta politq; sacram
Optime formator, tu scis tua premia; cælus
Visarum fidus cedet virumq; Tibi.

JOHANNES BOCATIVS
C. C. R.



PRIMA

σὺν θεῷ.

PRIMA GRAMMA- TICÆ PHILIPPEÆ LATINÆ ELEMENTA.

Horum liber primus agit de Ety-
mologia, Secundus de
SYNTAXI.

Quid est Grammatica?

Grammatica est recta & certa loquendi &
scribendi ratio.

Quot sunt Partes Grammaticæ?

Quatuor: 1. Orthographia, 2. Prosodia, 3. Ety-
mologia, 4. & Syntaxis.

I. DE ORTHOGRAPHIA.

Quid est Orthographia?

Orthographia est, quæ docet recte scribere, ut
vello per v, id est manu: fallō per f, id est decipio.

Circa quid versatur Orthographia?

Circa literas: harum enim rationem seu natu-
ram docet in scribendo & loquendo.

Quot sunt literæ?

Tres & viginti: A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L,
M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.

B

Vnde

Vnde dicuntur literæ?
Quia legendo iterantur. Quare

Quomodo dividuntur literæ?
In Vocales & Consonantes.

Quot sunt Vocales?
Quinq: A, E, I, O, V.

Quare dicuntur Vocales?
Quia vocem aut sonum per se edunt, vt A, O.

Quid sit ex duabus Vocalibus con-
junctis?

Diphongus.

Quot sunt Diphongi?
Quatuor: æ, œ, au & eu:

Quot sunt Consonantes?
Decem & septem: b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, q,
s, t, x, z.

Quare dicuntur Consonantes?
Quia cum vocalibus consonant, & per se so-
num non edunt.

Quomodo dividuntur Consonantes?
In mutas & semivocales.

Quot sunt mutæ?
Novem: b, c, d, f, g, k, p, q, t.

Quare

Quare dicuntur mutæ?
Quia sonum obtusorem reddunt.

Quot sunt semivocales?
Septem: l, m, n, r, s, x, z.

Quare dicuntur semivocales?
Quia proprius ad sonum vocalium accedunt,
quam mutæ.

Quomodo dividuntur semivocales?
In liquidas & duplices.

Quot sunt liquidae?
Quatuor: l, m, n, r.

Cur dicuntur liquidae?
Quia in brevi Syllaba nonnunquam liquecuntur.

Quot sunt duplices?
Due: s, & z.

Quare dicuntur duplices?
Quia diuarum consonantium vim habent.

II. DE PROSODIA.

Quid est Prosodia?
Prosodia est, quæ docet accentus & quantita-
tes Syllabarum.

Circa quid versatur Prosodia?
Circas syllabas: docet enim, quomodo literæ
sint

B 2

sint

sint connectendæ, vel syllaba constituenda; &
quomodo constituta sit efferenda.

III. DE ETYMOLOGIA.

Quid est Etymologia?

Etymologia est, quæ singularum vocum seu
dictionum naturam interpretatur & discrimina
casuum in illis tradit.

Circa quid versatur Etymologia?

Circa partes orationis, seu dictionis species.

Quot sunt partes orationis seu dictio-
nis species?

Oeclio: Nomen, Pronomen, Verbum, Partici-
pium, Adverbium, Conjunctio, Praeposicio,
& Interjectio.

Quotuplices sunt partes orationis seu
dictionum species?

Duplices: Aliæ sunt declinabiles, aliæ indecli-
nabiles.

Quot & quænam sunt declinabiles?

Quatuor haec: Nomen, Pronomen, Verbum, &
Participium.

Quare dicuntur declinabiles?

Quia de terminatione in terminationem ca-
dunt, ut Musa, Musis, Musam, Musas.

Quot sunt indeclinabiles?

Quatuor

Quare haec: Adverbium, Conjunctio, Prae-
posicio & Interjectio.

Quare dicuntur Indeclinabiles?

Quia de terminatione in terminationem non
cadunt, ut, Heri, hodie, ad, apud, ante, &c.

DE NOMINE.

Quid est Nomen?

Nomen est pars orationis, quæ rem significat,
non agere aliquid, aut pati: vt. Homo, ein Mensch/
Equus ein Pferd.

Quotuplex est Nomen?

Duplex: Adjectivum & Substantivum.

Quid est Nomen Adjectivum?

Adjectivum est, cuius significatio absq; altero
aliquo intelligi non potest, ac cui in Germanica
lingua addi potest, Mann, Weib, Ding, vel
hic, bac, hoc: vt hic niger, ein schwarzer Mann/
bac nigra, ein schwarze Weib / hoc nigrum, ein
schwarz Ding.

Quid est Nomen Substantivum?

Substantivum est, cuius significatio per se absq;
altero addito intelligitur, & cui non addi potest
Mann, Weib, Ding, vel hic, bac, hoc: vt Homo/
equus, lapis, scamnum.

Quotuplex est Substantivum?

B 3 Duplex

Duplex: Proprium & Appellativum.

Quid est Proprium?

Proprium est, quod vni soli rei convenit, ut
Paulus, Iohannes, Leutschovia, Danubius.

Nomini quot accidentunt?

Odo: Motio, Comparatio, Genus, Figura.
Species, Numerus, Casus, & Declinatio.

I. DE MOTIONE.

Quid est Motio?

Est variatio Nominis per genera.

Quæ Nomina moventur?

Nomina adjectiva omnia, & pauca quædam
substantiva.

Substantiva per quot moventur ge-
nera?

Per duo tantum, videlicet Masculinum & Fæ-
mininum, ut Terentius, Terentia, Columbus, colum-
ba, Nepos, nepis.

Adjectiva per quot moventur genera?

Per tria: videlicet per Masculinum, Femininum,
& Neutrum.

Quot sunt species motionis adje-
ctivorum?

Tres:

I. Aliq

1. Alia enim moventur per tres termina-
tiones, ut hic albus, bac alba, hoc album.

2. Alia per duas: ut hic & bac fortis, & hoc
forte.

3. Alia per unam; ut hic & bac & hoc felix.

II. DE COMPARATIONE ADJECTIVORVM.

Quid est Comparatio?

Comparatio est variatio Nominis adjectivi
per gradus.

Omnianè comparantur adjectiva?

Non omnia, sed ea tantum, quorum signifi-
catio augeri minuive potest, & quorum compa-
rationem vius eruditorum probat.

Gradus comparationis quot sunt?

Tres: Positivus, Comparativus, & Superlati-
tivus.

1. Quid est Positivus?

Est prima vox Adjectivi, ut doctus, justus.

Quot sunt terminationes Positivi?

Quinq.

ER, ut Niger, nigra, nigrum.

VS, ut Doctus, docta, doctiss.

IS, ut Fortis & forte.

NS, ut Sapientis, prudens.

X, ut Felix, velox.

B 4

2. Quid

2. Quid est Comparativus?

Comparativus est, qui supra positivi significacionem magis significat, ut *doctior*, hoc est magis *doctus*.

Quot sunt terminationes comparativi?

Dua:

1. OR, generis communis, ut *bis* et *tertius* doctior.
2. VS, generis neutri, ut *hac* *doctius*.

3. Quid est Superlativus?

Superlativus est, qui supra positivi significacionem valde sive maximè significat, ut *doctissimus*. id est, *maximè doctus*.

Quot sunt terminationes superlativi?

Tres:

- Rimus*, à positivo in ER, ut *tener* *tenuissimus*.
Simus, à positivo in IS, VS, & X.
Limus, in quinq; notatis, *fagus*: &c.
Facilis *facilius*.
Agilis *agilius*.
Gracilis *gracilius*.
Humilis *humilius*.
Similis *similium*.

Quotuplex est comparatio?

Duplex: Regularis & Irregularis.

Quid est regularis comparatio?

In qua Comparativus & Superlativus ritè formantur à positivi calu in I desinente.

Quomo-

Quomodo?

Adiectâ illi calui syllabâ OR vel VS, ut *docti*, adde OR fit *doctior*: vel VS, fit *doctius*.

Da Exemplum comparationis regularis?

Doctus, *doctior*, *doctissimus*.

Docta, *doctior*, *doctissima*.

Doctum, *doctius*, *doctissimum*.

Quid est comparatio Irregularis?

Est, in qua comparativus & superlativus non ritè formantur à positivi calu in I desinente: ut

Bonus, *melior*, *optimus*.

Malus, *pejor*, *pessimus*.

Magnus, *major*, *maximus*.

Parvus, *minor*, *minimus*, &c.

III. DE GENERE.

Quid est Genus?

Est discretio Nominis secundum sexum.

Quot sunt genera Nominum?

Quinq;

- | | | |
|----------------|-----------------------------------|--|
| 1. Masculinum, | cujus nota
est arti-
culis, | { hic,
hæc,
hoc,
hic & hæc,
hic, hæc, hoc, |
| 2. Fæmininum, | | |
| 3. Neutrum, | | |
| 4. Commune, | | |
| 5. Omne. | | |

Quot modis cognoscuntur genera Nominum?

Duobus: Significatione, & Terminatione.

A 5

Quo-

Quomodo cognoscuntur ex significatione?

Per regulas generales.

Quomodo ex terminatione?

Per regulas speciales.

De regulis Generalibus.

Quot sunt regulæ generales?

Quinque, juxta quinque genera.

1. Quæ est prima regula generalis?

De Nominibus generis Masculini.

Virorum, Officiorum Virilium, Mensium, Ventorum, & Fluviorum Nomina, sunt generis Masculini, ut *Cicera*, *Consul*, *Ianuarius*, *Eurus*, *Danubius*.

Quæ excipiuntur?

Hac: *Albula*, *Suix*, *Leibe*, Fæminina sunt.

2. Quæ est secunda regula?

De Nominibus generis Fæminini?

Mulierum, muliebrium officiorum, Vrbium, & arborum Nomina, sunt generis fæmidini: ut *Lucretia*, *Mater*, *Roma*, *Pyrus*.

Quæ excipiuntur?

Quædam vrbium & arborum Nomina.

Quæ

Quæ nomina Vrbium?

1. In E, VR, vel VM finientia, quæ generis Neutri lunt, vt hoc præneste, istum, Tybur.

2. Et in I desinentia pluralia, masculina, ve hi *Gaby*, *Philippi*, *Parisi*.

Quæ nomina Arborum?

Horum quadam sunt masculina, vt *Oleaster*, *Pinaster*, *rubus*, *dumus*, &c.

Quædam Neutralunt, vt *Acer*, *siler*, *suber*, *robur*, &c.

3. Quæ est tercia regula?

De Nominibus Neutrius generis.

Fructuum, leguminum, ac Metallorum Nomina pleraque; generis Neutri sunt: vt *pomum*, *pyrum*, *piper*, *papaver*, *aurum*, *argentum*.

Quænam excipiuntur?

1. Quæ fructum & arborem significant, sunt Fœminina, vt *oliva*, *nux*, *glans*, *avellana*, *castanea*.

2. *Ficus* pro arbore & fructu, fæmininum est; pro morbo, masculinum.

4. Quæ est quarta regula?

De Nominibus generis Communis?

Quæ viris ac mulieribus convenient, communis generis sunt; vt *Homo*, *parens*, *civis*, *pincerna*.

5. Quæ est quinta regula generalis?

De Nominibus generis Omnis.

Nume-

10

Numeralia Nōmina à quatuor ad centum generis omnis, & indeclinabilia sunt, ut quatuor, quinq̄, sex, septem, octo, novem, decem, virginii, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octaginta, nonaginta, centum.

Cætera, quæ declinabilia sunt variantur per genera mutatis terminationibus, more adjectivorum, ut hic unus, b.ee una, hoc unum: sic, ducenti, ducentæ, ducenta, &c.

Cujus generis sunt nomina adiectiva?

Adiectiva nomina sunt trium generum pleraque omnia.

Quomodo?

1. Alia tribus terminationibus tria genera continent; ubi prima terminatio in ER VR vel VS est generis masculini; secunda in A feminini; tercia in VM neutrius, ut;

Hic sacer, bac sacra, hoc sacrum.

Hic satur, bac satra, hoc saturum.

Hic doctus, bac docta, hoc doctum.

2. Alia duabus terminationibus tria genera continent; quarum prima in IS vel AS est generis communis; secunda in E est generis neutrius, ut

Hic & bac fortis, & hoc forte.

Hic & bac Arpinas, & hoc arpinare.

3. Alia una terminatione tria genera continent, videlicet, quæ desinunt in X aut in duas consonantes: & dicuntur generis omnis, ut

Hic & hac & hoc felix, sapiens, inops, prudens.

N.B. Epicenum & dubium genus quia pueros reddunt dubios, hic studiose omisi.

Deregua.

De Regulis Specialibus.

Quæ sunt regulæ Speciales?

Quæ genus dignosci jubent ex terminatione.

A.

Quot sunt regulæ de generibus Nominalium in A?

Duae.

Quæ est prima?

In A primæ declinationis fœminina sunt, ut
bac Musa, Fabula, procella.

EXCEPTIO.

Masculina sunt, i. in TA Verbalia, & Gentilia & Græcis sumpta. ut, Cometa, Poëta, Sophista, Spartiata. 2. Nomina virilium officiorum vel attributorum, ut Indigena, Homicida, scurra, veruna, conviva, Collega, auriga;

Quæ est secunda regula?

In A verbalia Græca tertiae declinationis: itemque pluralia tantum. Neutra sunt, ut Pascha, Poëma, Dogma, Castra, Pascua.

E.

Quot sunt regulæ Nominum in E?

Duae.

Quæ est prima?

Nomina in E primæ declinationis, Fœminales sunt:

na sunt: ut, Hæc Episome, Parasceve, Pentecoste.
Item, pluralia in E, ut, nuga, tenebra.

Quæ est secunda regula Nominum in E?

In E, tertia declinationis omnia Neutra sunt,
ut hoc mare, cubile, monile, ovile.

I.

Quot sunt regulæ in I?

Tres.

1. Pluralia in I. Masculina sunt; ut hi Liberi, cancelli.
2. Indeclinabilia Neutra sunt; ut hoc gummi, snapi.
3. Generis omnis, & indeclinabilia sunt hi obliqui; ut, Nibili, Nauci, Frugi, bujusmodi.

O.

In O cujus generis sunt?

In O. masculina sunt, ut hic Sermo, Mucro, Vnus pro gemma.

Quot habet Exceptiones?

Tres.

PRIMA EXCEPTIO.

Quæ DO vel GO finiunt hyperdissyllaba, penultima longa, Fœminina sunt, ut, hac Arundo, Testudo, Verigo.

Nam

Nam cætera masculina sunt, ut hic Ordo, Cardo, Ligo: Prater Pondo, quod neutrum est.

SECVNDA EXCEPTIO.

In IO verbalia Fœminina sunt, ut, hac Concio, Leolio: Religio. His similia sunt, Caro, & Talio.

TERTIA EXCEPTIO.

Nomina Græca in O. Fœminina sunt: ut, bac Echo, bac Argo.

V. & Y.

In V. & Y. cujus generis sunt?

In V. & Y. Neutra sunt, ut hoc Cornu, Vero, Geppu, Moly.

C.

In C. cujus generis sunt?

In C. Neutra sunt: ut hoc Lar, Lacris: Halec, bacalis; quod etiam in Fœminino usurpatur genere.

AL, EL, & IL.

In AL, EL, & IL, cujus generis sunt?

In AL, EL, & IL, Neutra sunt, ut: Animal, Fel Nibil.

Quot habet exceptiones?

Duas.

1. Masculina sunt: Sal, Mugil, Pugil.
2. Femininum est: Strigil.

OL, & VL.

OL, & VL.

In OL & VL cujus generis sunt?

In OL & VL Masculina sunt, ut, Sol, Consul.

Exul.

AM, & EM.

In AM & EM cujus generis sunt?

Nequam & rotidem, sunt generis Omnis: Tamen eundem, Neutrum.

VM.

In VM. cujus generis sunt?

In VM finientia Neutra sunt: ut, hoc Lorum, Speculum, Templum, Scamnum.

AN.

In AN. cujus generis sunt?

In AN Masculina sunt, & Graeca ut, hic Paean, Titan.

EN.

In EN cujus generis sunt?

In EN neutra sunt: ut, hoc Flumen, Lumen, Zamen.

Quot habet exceptiones?

Vnam.

Masculina sunt: Ren, Splen, Lien, Peclen: & composita à Cano: Liricen, Tibicen, Cornicen, Fidicen, Tibicen.

IN

IN.

In IN cuius generis sunt?

In IN masculina sunt: ut, hic Delphin, ein Meerschwein.

ON.

In ON Graeca sunt omnia.

Quot sunt Regulæ nominum in ON?

Dua.

PRIMA REGVLA.

In ON tertiae Declinationis, Masculina sunt, ut, hic Canon, Daemon.

Quæ excipiuntur?

Sindon, & Icon, Fæminina sunt.

SECVNDA REGVLA.

Quæ ON in VM apud Latinos vertunt, secundæ Declinationis, Neutra sunt. ut, hoc Symbolum, Idolum, Symposium, Enchiridium, Encomium,

AR.

In AR cuius generis sunt?

In AR Neutra sunt: ut, Liquor, Calcar, Far, Fulvimar, Torcular, Lar laris, masculinum est.

ER.

In ER cuius generis sunt?

In ER Masculina sunt. ut, hic ager, Vesper, Carger.

C

Quos

13

Quot habet exceptiones?

Duas.

PRIMA EXCEPTIO.

Fœminina sunt: Linter, Acer, Ahorn, Malier,
Diameter.

SECUNDA EXCEPTIO.

Quæ VER aut BER finiunt, Neutra sunt: vt,
hoc Ver, Cadaver, R̄ber, Tuber. Sed Laver Fœmininum est.

Item, Neutra sunt: Iter, ♂ Spinter, ein Hemo-
band, Siler, Laser, Piper.

IR.

In IR cuius generis sunt?

In IR Masculina sunt: vt, hic Vir, Levir.

OR.

In OR cujus generis sunt?

In OR Masculina sunt; vt, hic Honos, Amor,
Color.

Quot habet exceptiones?

Tres.

1. Fœminina sunt; Arbor, Soror, ex secunda
Regula generali.

2. Neutra sunt; Aquor, Cor, Marmor, ♂
Ador.

3. Communia sunt; Auditor, Sponsor, ex ter-
tia regula generali.

VR

VR.

In VR cuius generis sunt?

In VR Neutra sunt; vt, hoc Ebur, Sulphur,
Seinx.

Quot habet exceptiones?

Vnam.

Masculina sunt; Fur, Vulnus, Turtur, Furfur.

AS.

In AS cuius generis sunt?

In AS Fœminina sunt; vt, bac Bonitas, Pietas,
Castitas, Civitas, Hereditas.

Quot habet exceptiones?

Duas.

PRIMA EXCEPTIO.

Masculina sunt: 1. hic As assus, Mars maris, Vas
vas, ein Bürger. 2. & quæ per NT declinantur,
vt, Giga gigantus, Elephas elephas. 3. Et nomina
in AS græca, primæ Declinationis, vt Aeneas.

SECUNDA EXCEPTIO.

Neutralunt: Vas vas, Fas & Nefas, indeclini-
mabiliæ.

ES.

Quot sunt regulæ Nominum in ES?

Duæ.

C 2

Quæ

Quæ est prima regula Nominum
in ES?

In ES tertia declinationis, quæ crescunt genitivis, Masculina sunt: ut, hic Gurges gurgitis, Fomes fomitus, Pes pedis, Magnes magnetus: & Graecæ primæ declinationis: ut, Abates, Hematites.

Quot habet exceptiones?

Duas.

PRIOR EXCEPTIO.

Fœminina sunt: Hac Seges, Teges, Compes. Et quæ in obliquis E producunt: ut, hic Merces mercedis, Quies quietis.

Præs prædis, Masculinum est.

Aes arus, Neutrum.

ALTERA EXCEPTIO.

Communia sunt: Hares, Locuples, & quæ vulgaribus hiscè versiculis continentur.

Dives, bebes, præpes, miles, pedes, obses, & hospes.

Inquies, antifles, perpes, comes, ales, equesq.

Interpres, suffes, deles, teres, atq; superfles.

Et quæcunq; parit de se Pes nomina junctus:

Hoc est, à Pes composita, ut, Bipes, Tripes,

Quadrupes, Loripes, Cornipes.

Sed hæc partim adjectiva sunt, partim ex regula generali cognoscuntur.

Quæ est secunda regula Nominum
in ES?

In ES tertia declinationis, quæ non crescunt
Genitio-

Genitivis: & Nomina quintæ declinationis. Fœminina sunt: ut, hic Fames, Lues, Tabes, hic Fides, Res, species.

Excipe, hic Verres, hic Acinaces, Meridies, hic vel hic Torques.

IS.

In IS cuius generis sunt?

In IS Fœminina sunt pleraq; ut, hic Amussis, hic Cutis.

Quæ excipiuntur?

Masculina, quæ his versiculis continentur.

Mascula sunt: Panis, penis, crinis, cinis, ignis.

Funis, cum vecti, piscis, fascis, lapis, Annis.

Hinc Fubus, postus, hinc axis, vermis, & vnguis.

Et colles, follis, callis, glis, sanguis, & ensis:

Et mensis, torris, cum vomere, corbis, & orbis:

Majalis, cum natali, rivalis, aqualis:

Cassisq; & caulis, cum q; assis prole, jugalis.

Hinc cucumis: & quæ sexu memorantur utroq;

Ut, clunis, torquis, cum pulvere, finis, & anguis.

Hoc est, sunt generis Dubij.

Canis, est generis Communis.

OS.

In OS cuius generis sunt?

In OS Masculina sunt: ut, hic Honos, Flotz, Zepos.

Quot habet exceptiones?

Tres.

C 3

PRIMA

PRIMA EXCEPTIO.

Fœminina sunt: *Arbus*, *Cos*, *Dos*: *Eos*, *pro Aurora*.

SECUNDA EXCEPTIO.

Neutra sunt: *Os oſſis*, *Os oris*. Et Græca, *Chaos*, *Melos*. *Os oris* loquitur: sed *Os oſſis* roditur ore:

TERTIA EXCEPTIO.

Communia sunt: *Bos*, *Cuſtos*, *Compos*, *Impos*, *Sacerdos*.

VS.

Quot sunt Regulæ Nominum in VS?

Tres.

Quæ est prima Regula Nominum
in VS?

In VS secunda & quartæ declinationis pleraque
masculina sunt, vt, *bic Ventus*, *Fructus*, *Annus*,
Arcus. Et Græca, quæ OS in VS vertunt Latinè.
vt, *bic Tomus*, *Typus*, *Catalogus*.

Quot habet prima Regula exce-
ptiones?

Duas.

PRIOR EXCEPTIO.

Fœminina sunt hæc Latina: *Vannus*, *Humus*,
Acus, *Manus*, *Tribus*, *Porticus*, *Colus*, *Damus*.

Item Græca: *Diphongus*, *Eremus*, *Abyffus*, *Pa-
pyrus*, *Acris*, *Meibodus*, *Synodus*, *Exodus*, *Perio-
dus*.

Sunt

Sunt & Fœmininæ gemmarum Nomina: *re*,
bac Amethystus, *Crift. Iulus*. Attamen *Smaragdus*,
Opalus, *Berillus*, in Masculino reperies. Item,
Fœminina sunt fructuum nomina: *hec nardus*,
bijopus, *Papyrus*, *biblus*, *crocus*.

POSTERIOR EXCEPTIO.

Neutra sunt: *Vulga*, *Pelagus*, & *Virus inde-
clinabile*.

Quæ est secunda regula Nominum
In VS?

In VS tertiae declinationis, quæ V in obliquis
retinent, Fœminina sunt, vt, *hec Salus satutus*,
Zellus telluris, *servitus servitutis*.

Quot habet exceptiones?

Vnam.

Monosyllaba in VS neutra sunt: *vt*, *hoc Imo*,
Cras, *Rus*, *Pus*, *Thus*.

Mus, Masculinum est.
Sus, Communæ.

Quæ est Tertia regula Nominum
in VS.

In VS tertiae declinationis, quæ V in obliquis
mutant, Neutraliunt: vt, *hoc Corpus corporis*, *Vul-
nus vulneris*.

*Lepus leporu*s, Masculinum est: vt & à z̄z̄ com-
posita *Tripus*, *Papyrus*.

Lagopus, Fœmininum est.

C 4

AVS.

16

AVS.

In AVS cuius generis sunt?

In AVS Feminina sunt: ut, *hac Lass*, *Fraus*.

S. Cum Consonante, seu impurum.

Cuius generis sunt nomina desinentia
in S. praecedente consona?

Quæ S. finiunt praecedente Consona, Fœminina
sunt: ut, *hac Ars*, *Mors*, *Puls*, *Hyems*, *Cohors*.

Quæ excipiuntur?

1. Masculina sunt hæc Monosyllaba: *Mons*,
Pons, *Fons*, *Dens*, *Seps* pro *Angue*.

2. Item, Polysyllaba, quæ in PS. desinunt.
pleraque Masculina sunt. ut, *hic Cyclops*, *Hydriops*,
Manceps, &c. His adde: *Chalybs*, *Torrens*: Et par-
tes alii, *Sextans*, *Quadrans*, *Triens*, *Dodrans*, *Dextans*.

T.

In T cuius generis sunt,

In T Neutra sunt: ut, *hoc Caput*, *Occiput*, *Syn-
eiput*.

AX.

Quot sunt Regulæ Nominum in AX?

Dua.

PRIOR REGVLÆ.

In AX. Latina Substantiva feminina sunt: ut
hæc Pax, *fax*, *fornax*.

ALTE.

ALTERA REGVLÆ.

In AX Græca ferè sunt Masculina: ut, *hic Tha-
rax*, *Abax*, *Limax*.

EX.

Quot sunt Regulæ Nominum defi-
nientium in EX.

Dua.

PRIOR REGVLÆ.

In EX Monosyllaba, & Polysyllaba Fœminina
sunt: ut, *Fex*, *Lex*, *Supellex*. Masculina sunt, *hic
Rex*, & *Grex*.

ALTERA REGVLÆ.

In EX Disyllaba Masculina sunt: ut, *hic Codex*,
Frutex, *Pollux*.

Quot habet exceptiones?

Duas.

PRIOR EXCEPTIO.

Fœminina sunt, *hæc Carex*, *Vibex*, *Forpex*, *Forfex*.

ALTERA EXCEPTIO.

Dubia sunt: *Cortex*, *Imbrex*, *Obex*, *Pumex*, *Silex*.

IX.

Quot sunt regulæ Nominum in IX.

Dua.

PRIOR REGVLÆ.

In IX Disyllaba Masculina ferè sunt: ut, *hic Ca-
lix*, *Fernix*, *Variax*.

C 3

Quæ

Quæ excipiuntur?

Fœminina sunt: *vt bac Cornix, Cervix, Lodix, Radix, Filix.*

ALTERA REGULA.

Cetera in IX tamen Monosyllaba, quam Polysyllaba, Fœminina sunt: *vt, bac Nix, Pix, Strix, Cicatrix, Coxendix.*

OX & VX.

In OX & VX cuius generis sunt?

In OX & VX Fœminina sunt, *vt, bac Nox, Vox, Lux, Nux.*

X cum consonante.

Cujus generis sunt Nomina definitia in X cum consonante?

Quæ consonantem ante X habent, quacunq; vocali præcedente, fœminina sunt; *vt, bac falx, arx, lanx, meninx.*

EXCEPTIO.

Partes affis Masculina sunt: *vt, Quincunx, Sexunx.*

IV. DE FIGVRA NOMINVM.

Quid est Figura?

Est discrimen vocum simplicium & compositarum; quo vox dicitur simplicis aut compositæ figuræ.

Figura

Figuræ Nominum quot sunt?

Dua: Simplex & Composita.

Quid est Simplex Figura?

Vox simplicis figuræ est, quæ ex se sola constat, vel unica est dictio, *vt, aptus, doctus.*

Quid est Composita?

Vox compositæ figuræ est, quæ ex duabus vel pluribus dictionibus constat, *vt, ineptus, indolens, indefessus.*

Quot modis Nomina componuntur?

Quatuor modis.

1. Ex duobus integris vocabulis: idq;
Aut ex duobus rectis casibus, *vt Republica.*
Aut ex duobus obliquis, *vt Ejusmodi.*
Aut ex recto & obliquo, *vt Paterfamilias.*
Aut ex obliquo & recto, *vt Iurisperitus.*
Aut ex aliis dictionibꝫ integris, *vt Suburbanus.*
2. Ex duobus corruptis, *vt Efficax, Municeps.*
3. Ex integro & corrupto, *vt Ineptus, Insulsus.*
4. Ex corrupto & integro, *vt Nugigerulus.*

V. DE SPECIEBVS NOMINVM.

Quotuplex est Nomen ratione speciei?

Duplex: Aliud est primitivæ, aliud derivativa speciei.

Qua

Quæ dicuntur Nomina primitiva?

Quæ non aliunde cadunt vel derivantur, sed
sunt iunct originis, vt, *Lapis*, *Terra*.

Quæ dicuntur derivativa?

Quæ aliunde, nimirum à primitivo aliquo, ca-
dunt, seu derivantur, vt, *Lapillus*, à *Lapide*, *Apro-*
gnus, ab *Apro*, *Terrenus*, à *Terra*.

Vnde derivantur ista Nomina?

Ex triplici fonte: alia à Nominibus, alia à Ver-
bis, alia ab Adverbii.

I. Quænam à Nominibus deri-
vantur?

Hec Quintuplicia:

1. *Patronymica*, quæ à parentum Nominis de-
pendent, vt, *Priamides* à *Priamo*, *Thestias* à *Thesto*,
Nereu à *Nereo*: *Adraffine* ab *Adraffe*.

2. *Gentilia*, quæ gentem vel patriam signifi-
cant, vt, *Spartiata*, *Israelita*, *Hungarus* ab *Hungaros*.

3. *Possessiva*, quæ possessionem significant, vt,
Regius à *Rege*, *Paternus* à *Patre*, *Herilis* ab *Hero*.

4. *Diminutiva*, quæ diminutionem sui primi-
tivi significant, vt, *Libellus* à *Libro*, *Regulus* à *Rege*,
Corculum à *Cor*.

5. *Denominativa*, Quæcunq; ab altero Nominis
denominationem habent, ac derivantur: & nec
sunt *Patronymica*, nec *Gentilia*, nec *Possessiva*, nec
Diminutiva; vt, *Nervosus* à *Nervo*, *Ferreus* à *ferro*,
Dolosus à *dole*.

2. Quæ-

2. Quænam derivantur à Verbis
seu eorum Participiis?

Verbalia, vt, *Actio* ab *ago*, *Usus* ab *utor*, sic *A-*
mator ab *amo*: sic & Participialia, *Amans* ab *amo*.

3. Quæ ab Adverbii derivantur?

Adverbalia, vt, *Hodiernus* ab *hodie*, *Crastinus* à
eras.

VI. DE NUMERIS NO-

M I N V M.

Numeri Nominum quot sunt?

Duo: Singularis & Pluralis.

Quid est Singularis?

Qui unam rem, vel unitatem rei, significat, vt,
Homo, *Index*, *Dominus*.

Quid est Pluralis?

Qui plures res vel multitudinem significat, vt,
Homines, *Judices*, *Domini*.

VII. DE CASIBVS NO-

M I N V M.

Quid est Casus?

Casus est finalis variatio dictiōnum; vt, *Musar*,
Musa, *Musam*.

Casus Nominum quot sunt?

Sex in utroq; numero,

I. Nomi-

1. Nominativus.

2. Genitivus.

3. Dativus.

4. Accusativus.

5. Vocativus.

6. Ablativus.

Quotuplices sunt hi Casus?

Duplices: Recti & obliqui.

Qui sunt Recti?

Duo: Nominativus & Vocativus.

Quare dicuntur Recti?

Quia à fronte verborum reguntur vel construuntur.

Qui sunt Obliqui?

Hic quatuor: Genitivus, Dativus, Accusativus & Ablativus.

Quare dicuntur Obliqui?

Quia à tergo verborum construuntur.

VIII. DE DECLINATIONIBVS NOMINVM.

Quid est Declinatio?

Est inflexio Nominum in fine per casus.

Declinationes Nominum quot sunt?

Quinq:

Prima est, cuius Genitivus desinit in E, vt, Musa, Musæ.

Secunda

Secunda, cuius Genitivus desinit in I producsum, vt, Magister, Magistri.

Tertia, cuius Genitivus desinit in IS correspondum, vt, Sacerdos, Sacerdotis.

Quarta, cuius Genitivus desinit in VS producsum; vt, Fructus, hujus fructus.

Quinta, cuius Genitivus desinit in EI diuinas syllabas, vt, species, speciei.

Da regulas Generales?

1. Nomina propria carent plurali Numero, itemq; Nomina virtutum.

2. Neutra habent tres similes casus in utroq; Numero: videlicet, Nominativum, Accusativum, & Vocativum.

3. Ablativus pluralis semper similis est Dativo plurali.

DE PRIMA DECLINATIONE.

Prima Declinatio quot habet terminaciones?

Quatuor: A, AS, ES, & E.

Quis est character primæ Declinationis?

Genitivus Singularis & Dativus in e diphtongum desinens.

Excipiuntur tamen 1. Nomina græca in E, quæ Genitivum faciunt in ES, vt Epione, hujus Epiones. 2. Adjectiva feminina decimæ; vt, vna, villa, nulla

natura, sola, tota, alia, altera, vera, nevera, altervera;
que Genitivum formant per IVS, Dativum per I.
vt, unius vni, ullius ulli, &c.

Musa cujus Declinationis?

Prima. Quare?

Quia in Genitivo & Dativo desinit in a.

Paradigmata vide in Donato.

DE SECUNDA DECLINATIONE.

Secunda Declinatio quo habet terminaciones?

Sex: ER, IR, VR, VS, EVS, VM: horum
priores quinq^usunt generis Masculini: VM est ge-
neris Neutri.

Quis est character Secundæ Declinationis?

Genitivus singularis in I, & Dativus in O.

Regulæ de Vocativo singulari.

1. Ab VS fit Vocatus per E, vt, Dominus, Domine.
2. Sed Propria in IVS faciunt Vocativum in I, vt, Virgilius ô Virgili. Sic & Filius ô Fili.
3. In EVS fit Vocatus per EV, vt, Orpheus, Orphæus.

Magister

Magister cujus declinationis?

Secunda. Quare?

Quia Genitivus exit in I, & Dativus in O.

DE TERTIA DECLINATIONE.

Tertia Declinatio quo habet literas terminales?

Decem: A, E, O, C, L, N, R, S, T, X.

Quis est character tertiae Declinationis?

Genitivus in IS, & Dativus in I.

Sacerdos cujus est Declinationis?

Tertia. Quare?

Quia habet in Genitivo IS & Dativo I.

Accusativus desinit in EM, vel IM, vel in EM & IM simul.

Vocativus est similis Nominativò.

De Ablativo obseruentur Regulæ.

- I. Ablativus regulariter per E fit, vt Sacerdote.
- II. Ablativum per I tantum faciunt,
 1. Neutra in E, AL & AR desinentia.
 2. Adjectiva in IS & ER, quorum Neutra in E desinunt.
 3. Mensum Nomina in IS & ER tertia declinationis.
 4. Accusativum in IM tantum facientia.

D

III. Abla.

III. Ablativum per E & I simul faciunt,
1. *Adiectiva omnis generis.*
2. *Comparativa in OR & VS.*
3. *Substantiva in CTIS, MNIS, GNIS,*
GVIS, & VIS pleraq.
4. *Verbalia in TRIX.*
5. *Accusativum per EM & IM facientia.*

Regulæ de Genitivo in plurali.

- I. In IVM Genitivum pluralem faciunt:
1. *Nomina, quorum Ablativi finiunt in I solum;*
bre in I & E simul.
2. *Quæ Nominativum dualis consonantibus finiunt:*
3. *Quæ in Nominaire ac Genitivo singulari parres Syllabas habent.*
4. *Quæ in IS longum, aut AS Monosyllabum definiunt.*
5. *Ei pluralia tantum.*

II. Cætera omnia faciunt Genitivum in VM.

DE QVARTA DECLINATIONE.

Quarta Declinatio quot habet terminaciones.

Duas: VS & V: sed V in singulari est indeclinabile.

Quis est character Quartæ Declinationis?

Genitivus in VS, & Dativus in VI.

FRUCTUS

Fructus cuius Declinationis?

Quarta: Quare?
Quia in Genitivo habet VS, in Dativo VI:
De Dativo & Ablativo plurali.

1. *Dativus & Ablativus pluralis exit in IBVS communiter.*
2. *VBS habent hæc sequentia;*
Arcus, acus, portus, quercus, fucus, lacus, artus.
V retinent, quibus & tribus, atq; veru, & pecus, adde.

DE QVINTA DECLINATIONE.

Quinta Declinatio, quot habet terminaciones?

Vnam, ES.

Quis est character quintæ Declinationis?

Genitivus & Dativus in EI, divisas Syllabas, delineos.

Species cuius Declinationis?

Quinta: Quare?
Quia Genitivus & Dativus in EI exeunt.

De Anomalis jam esset agendum, Sed hac deinde discantur ex majore Compendio nostro:
Hac primis Grammaticis tyronibus
de Nominе sufficient.

D 2

U. DE

II. DE PRONO- MINE.

Quid est Pronomen?

Pronomen est vox, qua utimur in demonstranda aut repetenda re, ubi Nominis repetitio ingratia erat futura.

Quot sunt Pronomina?

Nove decim. Quæ?

Ego, Tu, Sui, Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Quis, Qui, Meus, Tuus, Suis, Noster, Vester, Nostras, Vestrar, Cujus, Cujas.

Pronomini quot accident?

Octo: Species, Significatio, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus, & Declinatio.

I. Quotuplicia sunt Pronomina ratione Speciei?

Duplicia: Primitiva & Derivativa.

Primitiva quæ sunt?

Quæ aliunde non cadunt; & sunt decem:
Ego, Tu, Sui, Ille, Iste, Ipse, Hic, Is, Quis, & Qui.

Derivativa quæ sunt?

Quæ aliunde cadunt: & sunt Novem:
Meus, Tuus, Suis, Noster, Vester, Nostras, Vestrar, Cujus & Cujas.

Vnde

Vnde derivantur?

A Genitivis primitivorum.

Quomodo?

Meus, à Genitivo Mei.

Tuus, à Genitivo Tui.

Suis, à Genitivo Sui.

Noster & Nostras, à Genitivo Nostrī.

Vester & Vestrar, à Genitivo, Vestrī.

Cujus & Cujas, à Genitivo Cujus.

2. Significatio Pronominum quotplex est?

Sextuplex: Hinc Pronominum alia sunt:

1. Demonstrativa: quibus rem vel personam demonstramus; & sunt Quatuor: vt, Ego, Tu, Hic, Ille.

2. Relativa, quæ referunt dictiōnēm antecedentem; sunt quatuor: Is, Ipse, Quis & Ille: quod tamen alias demonstrativum, alias relativum est.

3. Reciproca, quæ reflectuntur ad tertiam personam præcedentem, sunt Duo: Sui & Suis.

4. Interrogativa, quibus de re vel persona interrogamus, sunt tria: Quis, Cujus & Cujas.

5. Possessiva, quæ possessionem significant, aut de posseſſore dicuntur, sunt quinq: Meus, Tuus, Suis, Noster, Vester.

6. Gentilia, quæ gentem & patriam significant; sunt dua: Nostras & Vestrar.

3. Genera Pronominum quot sunt?

Quinq: Masculinum, Femininum, Neutrum, Commune, & Omne:

D 3

Ego

*Ego, Tu, Sui, sunt generis Omnis.
Nostras Vestras, & Cujas, generis Communis.
Meus, Tuis, Suis, generis Masculini.
Mea, Tua, Sua, generis Feminini.
Meum, Tuum, Suum, generis Neutri.*

4. Numeri Pronominum quot sunt?

Duo: ut in Nominе.

Singularis, vt, Ego.

Pluralis, vt, Nos.

5. Figuræ Pronominum quot sunt?

Dua, Simplex, vt Ego;

Composita, vt Egomet.

6. Personæ Pronominum quot sunt?

Tres: Prima, vt Ego.

Secunda, vt Tu.

Tertia, vt Ille. & cætera omnia.

7. Casus Pronominum quot sunt?

*Quinq: Nam Vocativo carent pronomina,
præter, Tu, Meus, & Noster.*

**8. Quomodo declinantur Prono-
mina?**

*1. Ego, Tu, Sui, peculiarem habent declinati-
onem. quam vide in Donato.*

*2. Reliqua omnia imitantur Nominum declina-
tionem: ita ut sint vel*

*Prima, vt Feminina in a: illa mea, &c. vel
Secunda*

*Secunda, Masculina, & Neutra, vs, ille, illud
Meus, Meum, vel*

Tertia, vt Nostras, & Vestras, & Cujas.

*Paradigmata omnia vide in Donato
nostro.*

III. DE VERBO.

Quid est Verbum?

*Verbum est vox variabilis, significans aliquid
agere aut pati, vt, amare, amari.*

Quotuplex est Verbum?

Duplex: Personale & Impersonale.

Quid est Verbum Personale?

*Quod per tres distinctas personas conjugatur,
& ante se habet Nominativum certæ personæ:
vt, Ego scribo, Tu scribis, Ille scribit.*

Quid est Impersonale?

*Impersonale est, quod solum in tertia persona
singulari conjugatur, & ante se non habet Nomi-
nativum certæ personæ, vt, me pœnitet facili, vivi-
tur ex rapto.*

Verbo quo accidentunt?

*Ocio: Genus, Species, Tempus, Modus, Fi-
gura, Persona, Numerus, & Conjugatio.*

D 4 I. DE

I. DE GENERE.

Genera Verborum quot sunt?

Quinque: Activum, Passivum, Neutrum, Commune, & Deponens.

Quid est Activum?

Activum est, 1. quod in O desinit, 2. & actionem significat, 3. regitq; post se accusativum personæ, 4. & assumpta litera R format ex se Passivum: vt, *Verbero Datur*, *Amo Phædriam*, *amor à Paulo*.

Quid est Passivum?

Passivum est, 1. quod in OR desinit, 2. & passionem significat, 3. regitq; post se Ablativum personæ cum præpositione A vel AB, 4. atq; abjecta litera R redit in Activum: vt, *Amor à Phædria*, *Verberor à Davo*, *amo*, *verb ero*.

Quid est Neutrum?

Neutrum est, 1. quod desinit in O, 2. & primum actionem aut Passionem significat, 3. veruntamen casum activorum aut passivorum non recipit: Sed absolute ponitur, 4. nec format ex se passivum assumpta litera R, vt, *Sto*, *Frigeo*, *Caleo*.

NOTA

1. Sunt & Neutra quedam Substantiva, vt, *sum*, *fos sum*, & *existo*: quia de Substantia rei dicuntur.
2. Neutralia passiva sunt: *Sapulo*, *Venero*, & *fio*: quia formam quidem Neutrorum habent, sed significacionem & constructionem passivorum.

Quid

Quid est Commune?

Commune est, 1. quod in OR desinit, 2. & alias activè, alias passivè significat: vt, *Criminor*, *Phormionem*, & *criminor à Phormione*.

Quæ sunt illa?

Oscular, *Amplexor*, *Dignor*, *Confidor*, *Adhortor*, *Depeculator*, *Eruktor*, *Criminor* & *Stipulor*.

Quid est Deponens?

Deponens est, 1. quod in OR desinit, 2. & passivam significationem deponit, 3. & aut tantum activè significat, aut tantum Neutraliter, nunquam vero passivè, vt, *sequor*, *loquor*.

II. DE SPECIEBUS VERBORVM.

Quotuplex est Species Verborum?

Duplex: Primitiva & Derivativa.

Quæ sunt Primitiva?

Quæ non aliunde cadunt seu formantur, vt, *Lego*, *Dico*.

Quæ sunt Derivativa?

Quæ aliunde cadunt seu formantur, vt, *Lectito*, *Dictito*.

Vnde derivantur?

Quædam à Nominibus, quædam à Verbis.

D 5 1. Quæ

25

I. Quænam à Nominibus derivantur?

Imitativa & Denominativa.

Imitativa sunt, quæ imitationem sui primitivæ significant; vt, *Patrissō*, id est initior *Patrem*, *Astuccissō*, *Gracor*, *Vulpinor*, *Cornicor*.

Denominativa sunt, quæ à Nominibus veniunt, & propriam appellationem non habent, vt, *lignor*, *frumentor*, *ruficor*.

2. Quænam & quotuplicia à Verbis derivantur?

Quadruplicia: 1. Inchoativa, 2. Frequentativa,
3. Meditativa seu desiderativa, & 4. Diminutiva.

Quæ sunt Inchoativa?

Quæ desinunt in SCO, & iunctio actionem significant, vt, *frigescō* à *frigeo*, *calescō* à *caleo*.

Quæ sunt Frequentativa?

Quæ in TO, SO, XO, aut CO desinunt, & frequentiam seu assiduitatem & conatum significant; vt, *agito*, *pulso*, *nexo*, *fodico*.

Quæ sunt Desiderativa?

Quæ in RIO desinunt, & studium sive voluntatem aut desiderium significant; vt, *dormitorio*, id est volo dormire; *esurio*, *lecturio*.

Quæ sunt Diminutiva?

Quæ in LO desinunt, & diminutionem sui primitivi significant, vt, *forbillō*, id est, modice forbeo, *cantillo*.

III. DE E

III. DE TEMPORIBVS. Tempora Verborum quot sunt?

Quinq:

1. Præsens, quod actionem nunc geri significat, vt, *amo*, *venio*.

2. Prateritum imperfectum, quod actionem inchoatam, sed nondum absolutam significat, vt, *amabam*, *veniebam*.

3. Prateritum perfectum, quod actionem præterisse significat, vt, *amavi*, *veni*.

4. Prateritum plusquamperfectum, quod actionem jam diu præterisse significat; vt, *amaveram*, *veneram*.

5. Futurum, quod actionem gereendam significant, vt, *amabo*, *veniam*.

IV. DE MODIS.

Modi Verborum quot sunt?

Quinq:

1. Indicativus, quo indicamus aliquid, vt, *amo*, *venio*.

2. Imperativus, quo imperamus aut petimus aliquid; vt, *amatu*, *nescire ipsum*.

3. Optativus, quo optamus, vt, *vitinam amarem*.

4. Subjunctivus, qui subiungitur alteri verbo, alioquin per se non absolvit sententiam; vt, *ameris*.

5. Infinitivus, qui per se non definit certum Numerum aut personam; vt, *amare*.

Quid pertinet ad modum Infinitivus
Gerundia & Supina.

Quot

26

Quot sunt Gerundiorum terminations.

Tres: DI, DO, DVM: vt, Amandi, amando, amandum.

Quot sunt terminationes Supinorum?

Dua: VM & V: vt, amatum, amatu.

V. DE FIGVRIS?

Figuræ Verborum quot sunt?

Dua: Simplex, vt, Lego.
Composita, vt, Intelligo, relogo.

VI. DE PERSONIS.

Personæ Verborum quot sunt?

Tres.

Prima, qua loquitur, vt, Ego amo.
Secunda, ad quam loquimur, vt, Tu amas;
Tertia, de qua loquimur, vt, Ille amat.

VII. DE NVMERIS.

Numeri Verborum quot sunt?

Duo: Singularis, vt, Amo.
Pluralis, vt, Amamus.

VIII. DE CONIVGATIONIBVS.

Conjugationes Verborum quot sunt?

Quatuor:

Prima

Prima
Secunda
Tertia
Quarta

que in penulti-
tima infinitivi habet

Al longum, vt amare:
E longum, vt docere.
E breve, vt legere.
E longum, vt audire.

Conjugationes ipsas vide in Donato, & forma-
tiones temporum in Compendio nostro ma-
jore, vt & verba anomala cum
impersonalibus.

IV. DE PARTI- CIPIO.

Quid est Participium?

Participium est Nomen Verbale significans
tempus: vt, amans, docens.

Participio quot accidentunt?

Septem: Genus, Numerus, Figura, Causus, De-
clinatio, Tempus, & Significatio: qua partim
Nomine & Verbo, partim ab ipso mutuatur:

A Nomine, Genus Causum & Declinationem.

A Verbo, Tempus & Significationem.

Ab ipso, Numerum & Figuram.

I. Genera Participiorum quot sunt?

Quatuor: Masculinum in VS; Femininum in
A, Neutrum in VM, & Omne in NS.

[NB: vt Genus, ita & Numerus, Figura, Ca-
sus, & Declinatio perinde se habent in Participio
ac in Nomine, ut patet.]

a. Numeri

27

2. Numeri Participiorum quot sunt?

Duo: Singularis, vt, amans.
Pluralis, vt amantes.

3. Figuræ Participiorum quot sunt?

Duo: Simplex, vt, spirans.
Composita, vt, respirans.

4. Casus Participiorum quot sunt?

Sex: N. G. D. A. V. & Ablativus.

5. Declinatio Participiorum quomo-
do habet?

Participia in A sunt *prima* declinationis, in VS
& VM *secunda*, in NS *tertia*.

6. Tempora Participiorum quo-
t sunt?

Tria. 1. *Præsens*, in NS, vt, amans.
2. *Præteritum*, in TVS, SVS, XVS, vt, doctus,
visus, nexus.
3. *Futurum*, in RVS, & DVS, vt, amaturus,
amandus.

7. Significationes Participiorum quo-
t sunt?

Quinq.

Activa
Passiva
Neutralis
Communis
Deponentialis

que venit seu de-
pendit à verbo

Activi.
Passivi.
Neutri.
Communis.
Deponentis.

generis

Quot

Quot Participia veniunt à Verbo
activo & Neutro?

Duo: *Præsens* in NS, vt, amans, currens.
Futurum in RVS, vt, amaturus, cursurus.

Quot Participia veniunt à verbo
Passivo?

Duo: *Præteritum* in TVS, SVS, XVS, vt, le-
ctus, visus, nexus.
Futurum in DVS, vt, amandus, legendus.

Quot Participia veniunt à verbo
Communi?

Quatuor: *Præsens* in NS, vt criminans.
Præteritum in TVS, vt, criminatus.
Futurum actiuum in RVS, vt, criminaturus.
Futurum Passivum in DVS, vt, criminandus.

Quot Participia veniunt à verbo
Deponenti?

Tria: *Præsens* in NS, vt, loquens.
Præteritum in TVS, vt, locutus.
Futurum in RVS, vt, locuturus.

V. DE ADVER-
BIO.

Quid est Adverbium?

Adverbium est, quod actionis aut passionis
circumstantiam una voce effert: vt, *veni* properè.

Adver-

28

Adverbio quo^t accidunt?

Quatuor: Species, Figura, Significatio, & Comparatio.

1. Quotuplex est Species Adverbiorum?

Duplex: Primitiva, vt, heri, cras, mox.

Derivativa, vt, fortiter, ardenter.

2. Quot sunt Figuræ Adverbiorum?

Dua: Simplex, vt, dictè, prudenter.

Composita, vt, indectè, imprudenter.

3. Quot sunt Significationes Adverbiorum?

Significationis multa capita sunt:

1. Da adverbial loci? Hic, illuc, huc, illuc, hinc, illinc, hac, illac, ubi, intus, foris, foras.
2. Dat temporis? Hodiè, heri, nunc, nuper, cras, aliquando, &c.
3. Da numeri? Semel, bis, ter, quater, quinques, sexies, &c.
4. Da negandi? Haud, non, neq̄, minimè, neutram.
5. Da affirmandi? Ita, etiam, certè, profectò, quidni, quippe.
6. Da demonstrandi? En, pce.
7. Da hortandi? Eja, age, agite, agedum.
8. Da optandi? Vtinam, ò si, obsecro, queso.
9. Da ordinis? Deindè, deinceps, continuò, primo, secundo, &c.

10. Da

10. Da interrogandi? Cur, quare, quamobrem; menne?

11. Da similitudinis? Quasi, cœ, sic, sicut, rebus, tanquam.

12. Da qualitatis? Dictè, bene, male, pulchrè, foriiter, viriliter, prudenter.

13. Da quantitatis? Multum, parum, modicum, minimum.

14. Da intendendi? Valde, profus, omnino, nimium, penè, propè.

15. Da remittendi? Senzim, paulatim, pedetem-
sim, egrè, vix.

16. Da dubitandi? Forsan, forsitan, fortassis.

17. Da personalia? Mecum, tecum, secum, no-
biscum, robiscum.

18. Da vocandi? Heus, ebo.

19. Da respondendi? Heu, hem.

20. Da separandi? Seorsim, separatim.

21. Da iurandi? Pol, Aedopol, Aecastor, Hercules

22. Da eligendi? Potius, imò, magis.

23. Da congregandi? Simul, vna, pariter.

24. Da prohibendi? Ne, nequaquam.

25. Da concedendi? Esto, fac, sit, sanè.

26. Da eventus? Fortè, fortuitò.

27. Da comparandi? Magis, minus, maximè, minimè.

4. Quæ Adverbia comparantur?

Pleraque Nominibus Adjectivis comparabilibus da-
duimus.

Da exempla?

Dictè, dictius, dictissime

E

Fortiter

*Fortiter, fortius, fortissime.
Bene, melius, optime.*

VI. DE PRÆPOSITIONE.

Quid est Præpositio?

Præpositio est propter modum articulus, verbo Nomen adjungens, quod aliquam facti circumstantiam significat: vt, *Profectus in Italiam*.

Quotuplices sunt Præpositiones?
Duplices: Separabiles & Inseparabiles.

Præpositioni separabili quot accidunt?

Vnum: Casus videlicet.

Quot sunt casus Præpositionum?

Duo: Accusativus & Ablativus.

Quot & quæ præpositiones Accusativo serviunt?

Triginta: Ad, apud, ante, adversus, eis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, inter, intra, infra, juxta, ob, pone, per, prope, propter, post, præter, penes, secundum, secus, supra, trans, ultra, vñq;

Quot

Quot Præpositiones Ablativo casui serviunt?

Quindecim: A, ab, abs, absq; cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, tenus.

Quot Præpositiones vtriq; casui serviunt?

Quatuor: In, sub, super, & subter.

Quot sunt Præpositiones inseparabiles?

Six: Di, dis, re, se, an, con.

Cur vocantur inseparabiles?

Quia tantum in compositione usurpantur: extra compositionem nihil significant; ideoq; neq; calum regunt; vt, *Diducō, distrabo, relego, sepone, annuo, convenio*.

VII. DE CONIUNCTIONE.

Quid est Coniunctio?

Coniunctio est, quæ superioribus sententias, aut partibus subinde alias annexit & ordinat, vt, *Nox & amor, vinumq; nihil moderabile suadent,*

E 2

Coniunctio

Conjunctioni quo^t accidunt?

Tris { Figura.
Potestas, &
Ordo.

1. Quo^t sunt Figuræ Conjunctionum?

Duo: Simplex; vt, Nam.
Composita; vt, Namq.

2. Quo^t sunt potestates seu significati^onies Conjunctionum?

Septem. { Copulativa.
Disjunctiva.
Adversativa.
Causalit.
Rationalis.
Ordinis, &
Approbativa.

Da copulativas?

Copulativæ sunt, quæ sensum, & verba co^pulant; vt, Et, q^u, quoq^u, ac, atq^{ue}, etiam, simul, cum, eam.

Da Disjunctivas?

Ne, vel, aut, sive, seu. Hæc verba quidem con-
jungunt, sensum autem disjungunt.

Da adversativas?

At, sed, ast, verum, verò, porrò, alqui, tamen,
quoniam, quamvis, et si, licet, saltem. Hæc diversa
sententiam superioribus subjiciunt.

Da Causales?

Nam, namq, enim, etenim, quia, quoniam, quan-
do; quandoquidem, si, siquidem, ni, nisi, enimverò.
Hæc superioris sententiae causam reddunt.

Da Ratiocinativas?

Ergo, ideo, igitur, idcirco, quapropter, proinde
quamobrem. Hæc conclusionem rationi præpositæ
accommodant.

Da Ordinis, seu Ordinativas?

Insper, poslea, deinceps, &c. Hæc ordinem
significant.

Da Approbativas?

Quidem, equidem. Aliis dicuntur completivas
quia explendi gratia inseruntur.

3. Quotuplex est Ordo Conjunctioni- num?

Triplex { Præpositivus.
Postpositivus, &
Communis.

Quæ Conjunctiones sunt Præpositivi Ordinis?

Hæc: Nam, quare, ac, ast, nec, si, quin, nisi, an.
quoniam, quapropter; quia in orationis ordine
postponuntur.

E 3

Quæ

Quæ Conjunctiones sunt Postpositivi Ordinis?

Enim, autem, quoq; verè, quidem, tamen. Item Enclitice, q.e., ne, ve; Quia in orationis ordine postponuntur.

Quæ Conjunctiones Communes?

Ergo, igitur, itaq; quoniam, &c. etq; seu, sive, &c. Quia in orationis ordine nunc præponuntur, nunc postponuntur.

VIII. DE INTER- JECTIONE.

Quid est Interjectio?

Est dictio invariabilis orationi interjecta, animi affectum significans.

Interjectioni quot accidentunt?

Unum: videlicet, significatio, quæ varia est.

Quotuplices sunt Interjectiones, ratione Significationis?

I. Aliæ significant animi affectum, & gestum, quem quis in se, & apud se exprimit: & sic

1. Aliæ significant Admirationem; vt. Papa, rabi, bui.

2. Aliæ Approbationem; vt. Euge.

3. Aliæ

3. Aliæ Blandimentum; vt. Eja, Sodes.
4. Aliæ Dolorem; vt. Hei, heu, ah, ô, eber.
5. Aliæ Metum: vt. Atat.
6. Aliæ Indignationem; vt. Hem, prob. chem, raba.
7. Aliæ Rilum; vt. Ha, ha, ba.
8. Aliæ Gaudium; vt. Evax.
9. Aliæ Iuritionem: vt. Hui, rabi, ejas.
10. Aliæ Optionem; vt. Vnum, ô, si.
11. Aliæ Silentium; vt. St, hat, pax.
12. Aliæ exprimunt Gestum, quem quis edit ad alios: & sunt:
 1. Hortantis, vt. Eja, age, agendum, cedd.
 2. Comminantis, Ve, heu.
 3. Vocantis, Hesus, ebo.
 4. Respondentis, Hem, ebem.

Hactenus de Etymologia.



E 4 LIBER

LIBER II. DE SYNTAXI.

Quid est Syntaxis?

Syntaxis est ratio conjungendarum vocum ad faciendam orationem. Latinis constructio dicitur.

Quotuplex est Syntaxis.

Duplex: 1. Intransitiva seu convenientiae,
2. & Transitiva seu Regiminis.

Quid est Syntaxis seu constructio
Convenientiae seu concordantiae?

Est, quando pars orationis seu vox una cum altera ita construitur, ut in certis accidentibus, (maxime autem in Numero, Genere, Persona & Causa) concordent: vt, amicus certus.

Quotuplex est Syntaxis Concordantiae?

Duplex: Legitima seu regularis & Figurata a non loco debitur.

Quid est Syntaxis seu constructio Regiminis?

Est, in qua casus obliqui ab aliqua partium orationis reguntur: vt, am. p. ad. iam.

Quatu-

Quotuplex est Syntaxis Regiminis?

Duplex: Simplex & Mixta.

Simplex est, quando vox unum obliquum causum regit: vt, amans Dei: Mixta, quando vox aliqua duos casus, eosq; diversos regit, vt, dives agris, dives pecoris.

Quo ordine Regulae in Syntaxi proponuntur?

Commonissime proponuntur à Domino Philippo secundum ordinem ac ieriem partium orationis in Etymologia explicatarum. Vbiq; autem viraq; Syntaxis, concordantia videlicet, & Regiminis observatur.

I. DE SYNTAXI NOMINUM concordantiae.

Quot sunt Regulae convenientiae in Nominibus?

Tres:

1. Concordet adjektivum cum substantivo.
2. Interrogativum cum suo redditivo.
3. Substantivum cum substantivo per appositionem.

Recita I. Regulam.

Adiectivum & Substantivum eodem genere, Numero & casu coherent, vt, Amicus certus in re incerta cernitur.

E S N O T A

NOTAS

Quando duo adjectiva concurrunt, alterum induit
naturam Substantivi, vt, *Fortunate senex*.

Quibusnam accidentibus conveniunt Adjectivum & Substantivum?

Tribus: Genere, Numero, & Casu.

Quotuplicia sunt Adjectiva?

- Triplex:* 1. Nominalia, vt, *Mens sana*.
2. Pronominalia, vt, *Tua res*.
3. Participialia, vt, *Forma neglecta*.

Omniane tribus illis accidentibus
conveniunt?

Omnia, exceptis Relativis pronominibus.

Recita Regulam I. de Relativis:

Relativum cum antecedente Substantivo necesse est Genere & Numero convenire; Casus autem convenire necesse non est; Nam is sequenti verbo responderet; vt,

Quo *semel* *est* *imbuta* *recens* *servabit* *odorem* *Tu-*
sta *dii.*

Quot ergo accidentia habet relativum cum antecedente com-
munia?

Duo: Genus & Numerum.

De synibes Syllepsis & Zeugmate vide alibi.

Recita

Recita II. Regulam.

Interrogativum & redditivum quocunq; casu
convenire debent, vt, *Qui me sequitur, nemo*.

Quotnam accidentia habet interro-
gativum cum redditivo com-
munia?

Unicum: videlicet, *Casum*.

Recita III. Regulam?

Substantivum cum Substantivo, declarandi
caula, tanquam species suo generi, Subnexum
cum eodem convenit, in *Numero*, *Genere*, *Personae*.

& *Casu*: vt,

Et genus & formam *regina pecusia donat*, *Latini-*
appellationem vocant.

II. DE SYNTAXI REGIMI-
NIS NOMINVM.

Quotuplex est Regimen Nominum?

Duplex: *Simplex* & *Mixtum*: vt *supradictum*.

DE SIMPLICI NOMINVM
REGIMINE.

Quos regit Casus?

Obliquos: vt *Genitivum*, *Dativum*, *Accusati-*
vum, & *Ablativum*.

I. *Genitivus* cum *Nomine* *habet* *quatua-*
or Regulas.

Recita

Recita I. Regulam.

Substantivum cum Substantivo in Genitivo
catu jungitur: vt,
Mors ultima linea rerum.
Voluptas est escam dolorum.

NOTA.

Adiectiva neutro genere pro substantiis usurpat
Substantivorum more adsciscunt Genitivos: vt,
Quaevis quisq; summorum possidet arca,
Tantum habet & fides.

Recita II. Regulam.

Quæ partitionem significant, aut collectionem,
genitivos plurales adsciscunt, qui exponuntur
per E. EX vel inter: vt,
Nemo mortalium omnibus horis sapit.
Alter borum, pars civium.

Da Regulam de Comparativis & Superlativis?

Comparativa & Superlativa partitivè accepta
Genitivos adsciscunt plurales, vel collectivi No-
minis singulares; vt,
Major fratrum (intellige duorum.)
Manus agilior est dextra.

Recita III. Regulam.

Adiectiva, quæ 1. curam 2. desiderium 3. no-
titiam, 4. crimen 5. aut metum aliquem, & con-
tra significant, Genitivos adsciscunt; vt,
Vix memor letis.

Recita

Recita IV. Regulam.

Genitivos adsciscunt 1. & verba pleraq; in
AX, & 2. participia, cum in Nominis degenerant
vt, Tempus edax rerum.
Perinax recti.

2. Dativus cum Nominis.

Quot sunt Regulae de Dativo cum
Nominis?
Unica.

Recita illam?

Dativos adsciscunt, quæ 1. commodum 2. facil-
litatem 3. similitudinem, 4. amicitiam, 5. affini-
tatem: aut contra significant; vt,
Domus vobis apta.

3. Accusativus cum Nominis.

Quot sunt Regulae de Accusativo
cum Nominis?

Vna; & quidem ex Synecdoche Grammatica.

Recita illam?

Adiectiva, Graeca consuetudine, Accusativos
Substantivorum adsciscunt, qui partem aliquam
totius significant: vt,
Nuda genu, nodeq; sinus collecta fluentes.

4. Ablativus cum Nominis.

Quot

Quot sunt Regulae Ablativi cum Nomen, seu quot modis Nomen regit post se Ablativum?

Quinque modis, secundum quinque regulas, & quidem

1. *Vi causa.*
2. *Vi comparativi.*
3. *Vi dignitatis.*
4. *Vi qualitatis.*
5. *Vi ordinis.*

Recita I. Regulam.

Ablativo casu esteruntur, quæ 1. causam, 2. instrumentum, 3. qualitatem, & similem aliquam circumstantiam significant; vt,

Fessus cursu: Latus honore.

Recita II. Regulam.

Comparativi comparatè accepti (vbi sermo est de duobus, quam pluribus) adsciscunt Ablativum, qui exponitur per Nominativum & particulam, quam ac vel atq;: vt,

Vilius argentum est auro, virtutibus auro. Hoc

Recita III. Regulam.

Nomina hæc, 1. *dignus* est, 2. *indignus*, 3. *opus*, & *r/ua*, pro *necessitate*, simpliciter Ablativos adsciscunt; vt,

Dignum laude virum Musa vetat mori.

Dignum opella operculum.

Recita IV. Regulam.

Adiectiva quædam regunt post se Supina in TV vel SV.

TV vel SV, quæ sunt loco Ablativi passivè significantis; vt, Virgil.

mirabile visa. Id.

Nec risu facilis, nec dictu affabila ulli.

Recita V. Regulam.

Etiam 1. Numeralia, quæ ordinis vocantur & de diversitatib; nomina, Ablativum adsciscunt, sed cum præpositione A vel AB, vt,

1. *Secundus à Rege.*

2. *Diversus ab illo.*

Hactenus de regimine Nominis simplici sequitur jam.

DE REGIMINE NOMINIS MIXTO.

Quod dicis Mixtum Nominis Regimen?

Quando idem Nomen non unum sed duos vel plures casus regit seu adsciscit: vel quando non cum uno, sed pluribus casibus idem Nomen construitur.

Quot modis fit?

Tribus modis: Nomina enim post se regunt,

1. *Alia Genitivum & Dativum.*
2. *Alia Genitivum & Ablativum.*
3. *Alia Accusativum & Ablativum.*

1. Quæ Nomina construuntur cum Genitivo & Dativo?

De his observetur una Regula:

Cada

36

Cedo illam?

Certa quædam Adjectiva, quæ similitudinem, aut affinitatem aut his contraria, significant, modò Genitivum, modò Dativum promiscue adsciscunt. vt,

Est similis homini & hominī.

2. Quæ Nomina construuntur cum Genitivo & Ablativo?

De his habentur tres Regulae.

Recita I. Regulam.

Adjectiva, quæ 1. copiam 2. aut inopiam significant, modò Genitivum, modò Ablativum recipiunt promiscè; vt,

1. *Dives pecoru.*

2. *Dives agris, dives positis in favore nummis.*

Recita II. Regulam.

Reus item, & quæ huic affinia sunt, Genitivum pleraq; vel Ablativum adsciscunt; vt,

1. *Reus rōei, cādes, capitīs.*

2. *Reus stipulando; promittendo.*

Recita III. Regulam.

Substantiva, quæ inesse vel adesse quippiam (h., e. partem seu qualitatem) alicui significant modò Genitivum modò Ablativi Nominis Substantivi, cum suo adjectivo laudis vel vituperij, recipiunt; vt,

ingenui puer, ingenui pudorū. Inveniāt.

3. Quæ

3. Quæ Nomina construuntur cum Accusativo & Ablativo?

Nomina mensuram aut dimensionem significantia, & adjectiva: *Vnde duas sunt Regulae.*

Da I. Regulam.

Quæ 1. Certum magnitudinis modum seu mensuram, 2. aut spaciū significant, Accusativo casu vel Ablativo junguntur cum adjectivis quantitatē significantibus. vt, *Caulis palmum altus.*

Recita II. Regulam.

Adjectiva post se regunt modò Accusativum, modò Ablativum, significantem alicujus integrę partem; vt,

Os humerosq; DE O similis. Virgil.

Redimitus tempora fert. Horat.

NOTA: De Syntaxi Pronominum jam hie agendum effet, sed quia Pronomina Nominum Syntaxin ferè imitantur, pueris autem Relativorum & Reciprocorum Syntaxis difficultor est, ideoq; hac omisso & majori Compendio relata, statim ad Verborum Syntaxin pergitus.

DE SYNTAXI VERBORVM.

I.

DE SYNTAXI CONVENIENTIAE IN VERBIS.

Quotuplices sunt Regulæ de hac verbī convenientia?

E

Tripliæ

Tríplices : 1. Quàdam de Nominativo & Vocativo ante Verbum.

2. Quàdam de Nominativo post Verbum.

3. Quàdam de Nominativo ante & post Verbum.

1. Quot modis Nomen vel Pronomen vel Particípium ante Verbum collocatur?

Duobus modis: in { Nominativo & Vocativo. } Hinc duæ Regulas
Vna de Nominativo.
Alteria de Vocativo.

Recita I. Regulam
de Nominativo ante Verbum.

Nominativus præcedit Verbum Personale Finitum, simili Numero & Persona: puta expressè valitatem; vt.

Ferrum tuetur principem, melius fides.

Recita II. Regulam.
de Vocativo ante Verbum:

Vocativi 1. secundæ Personæ, 2. & Imperativis præponuntur, 3. aut sine Verbo ornatus vel affectus causâ orationi inseruntur, vt.

Eripienate fugam, finemq; imponere labori.

2. Quomodo Nominativus post verbum collocatur?

Vigescit aut statuit.

Recita

Recita Regulam.

Cætera quoq; verba sequitur aliquando Nominativus ejusdem numeri & personæ, sed qui 1. aut statum & gæstum, 2. aut animi affectum significat: vt,

Intedit sordidans. Bibit jejunus. Dormit securus.

3. Quot modis Nominativus ante & post verbum collocatur?

Duobus modis: 1. Vi subsistendi, 2. Vinunciandi.

Recita I. Regulam.

Verba Substantiva præcedunt & seqvuntur Nominativi; vt, Ira furor brevè est.

Recita II. Regulam.

Etiam Nuncupandi verba, & quæ similem vim habent, utrinq; Nominativum adsciscunt; vt,
Princeps Saxonia vocatur Praefectus prætorij.

I.

DE SYNTAXI REGIMINIS VERBORVM.

Quinam ordo observatur regularum?

Isle: vt proponantur regulæ.

1. De verbo regente unum tantum cujuscunq; Nominis casum obliquum, videlicet Genitivum, Dativum, Accusativum, vel Ablativum.

F 2

2. De

38

2. De verbo regente duos promiscue casus;
3. De verbo regente Nomina temporis, locorum
& numeralia.
4. De verbo regente infinitivum & Supinam
itemq; de Gerundiis.
5. De impersonalium Verborum Syntaxi.

I. DE REGIMINE VERBI FINITI SIMPLICI.

Quot dicitis simplex verbi regimen?

Quo rūnum saltem casum post se regit, vel adsciscit verbum.

Quot sunt casus, quos regit à tergo?

Quatuor: Qui?

Obliqui: videlicet: Genitivus; Dativus; Accusativus; & Ablativus.

I. Genitivus à Verbo.

Quot modis Genitivus à verbo regitur seu construitur?

Duobus: 1. Vi possessionis aut proprietatis;
2. Vi aestimandi.

Recita I. Regulam.

Verbum Substantivum SVM, quoties possessionem aut officium significat, regit post se Genitivum Nominis: B. 106. a.

Vulgo

Vulgò ita effertur.
Genitivum postulant, qua possessionem aut proprietatem significant: vt:
Hac vestis est patrii.
Alterius non sit. qui suus esse potest.

Recita II. Regulam.

Adsciscunt & aestimandi verba Genitivum pre-
cij; vt, Tu fortasse quid me fiat parvi pedis.

2. Dativus à Verbo.

Quot modis regitur Dativus à verbo?

Quatuor modis.

1. Vi acquirendi vel admendi.
2. Vi habendi, à VERBO EST.
3. Vi personæ & rei, Geminus Dativus.
4. Vi Enallages.

Recita I. Regulam.

Quodlibet verbum admittit Dativum personæ aut rei, cui qualicunq; modo aliquid acquiritur vel admittitur: vt,

Bona existimatio pecunias præstat.
Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Recita II. Regulam.

Verbo est habendi significatione, utimur cum
Dativo; vt,
Tecum babita eroris, quam sit tibi curta suppelle.

F 3

Recita

38

Recita III. Regulam.

Quibusdam verbis adduntur gemini Dati-
vi, quorum alter personam, alter communum
aut incommunum significat; vt,
Est mihi lucro.

Recita IV. Regulam.

Sunt & quibus figuratè Dativus adjicitur, Ac-
cusativi loco vel Ablativi: vt,
It clamor cælo, pro ad cælum.

3. Accusativus post verbum.

Quot modis Accusativus cum Verbo
construitur?

Quinq^u modis.

1. *Vi actionis.*
2. *Vi cognatae significationis.*
3. *Vi præpositionis.*
4. *Vi transitionis, geminus Accusativus.*
5. *Vi Synecdoches, vel graciæ.*

Recita I. Regulam.

Activa verba omnia, actionem transeuntem
Significantia, Accusativos adscilicunt. vt:
Iesus me genuit, mater me peperit memoria.

Recita II. Regulam.

Adscilicunt & Neutra quædam, alias absolutam
actio-

tionem significantia, Accusativos, sed cognatae
significationis; vt,
Aro terram. Bibo vinum.

Recita III. Regulam.

Construuntur cum Accusativo & composita
quædam, vi præpositionis, cum quæ componun-
turs; vt, *Villam prætereo sciens,*

Recita IV. Regulam.

Certa quædam vehementer activa sunt, quæ
duos Accusativos adscilicunt, alterum personæ, al-
terum rei: Grammatici vocant Transitivea: vt,
Daceo te literas.
Cælo te culpam.

Recita V. Regulam.

Est & ubi figuratè Accusativus adjicitur verbis
passivis & absolutis, Græca consuetudine, Gram-
matici vocant Synecdochen; vt,
Expleri mentem nequit, ardescitq^{ue} tuendo.

4. Ablativus cum verbo.

Quot modis Ablativus cum Verbo
construitur?

Sex modis.

1. *Vi passionis.*
2. *Vi causæ.*

F 4

3. *Vi*

40

3. Vi precij.
4. Vi prohibendi.
5. Vi vtendi: vel fruendi.
6. Vi præpositionis.

Recita I. Regulam.

Passivorum proprius casus est Ablativus cum
Præpositione A vel Ab; vt:
Laudatur ab his culpatur ab illis.

Recita II. Regulam.

Ablativo casu effteruntur, quæ 1. causam 2. in-
strumentum 3. aut modum actionis significant,
vt, *Qderunt peccare boni virtutis amore.*

Recita III. Regulam.

Mercandi quoq; verba, & quæ ejus generis
sunt, præter Accusativum rei, etiam Ablati-
vum adsciscunt, qui pretium significat. vt:
Vendidi bic auro patram.

Recita IV. Regulam.

Quæ prohibendi significationem habent, item
sufferendi, abstinendi aut distandi, Ablativos
adsciscunt: sed alias cum Præpositione, alias sine
Præpositione. vt,

Ignavum fatus pecus à præsepibus arcens.

Recita V. Regulam.

Ablati-

Ablativos adsciscunt & hæc Deponentia, vt
firor, fungor, potior & rесor. vt,
Vix vino, Fruor studiis meū, Fungor officiis.

Recita VI. Regulam.

Præpositio quoq; omisla, vel per compositio-
nem addita, facit interdum, vt verbis Ablativus
rectè addatur. vt, *Medio, tutissimus ibis.*

II. DE REGIMINE VERBI FINITI MIXTO SE V PRO- misco.

Quod dicens Regimen Verbi mix-
tum?

Quando verbum non vnum, sed duos promi-
scuè calus regit vel adsciscit.

Quot modis hoc fit?

Quatuor modis: Verba enim post se regunt.

1. *Alia Genitivum & Accusativum.*
2. *Alia Genitivum & Ablativum.*
3. *Alia Dativum & Accusativum.*
4. *Alia Accusativum & Ablativum.*

I. Quæ regunt Genitivum & Accu- sativum?

De his est tatis Regula.

Verba memoriz & oblivionis promiscuè Ge-
nitivum

Genitivum adsciscunt vel Accusativum. vt.
Memini hujus rei & hanc rem.
Dulcia non meminit, qui non gustavit amarae.

2. Quæ verba regunt Genitivum & Ablativum?

De his sunt sequentes Regulae quatuor.

Recita I. Regulam.

Accusandi verba, damnandi, & absolvendi.
Genitivum adsciscunt, qui speciem facti significat, aut Ablativum, qui genus. vt,
Furii se adstringit.
Condemnabo eodem ego te criminis.

Recita II. Regulam.

Quæ copiam aut contra significant, modò Genitivum modò Ablativum recipiunt. vt,
Nunc te cohortatione non puto indigere.

Recita III. Regulam.

Recipient & Genitivos vel Ablativos promiscue, quæ turram, aut perturbationem animi aliquam significant. vt,
Discretior animi, & discretior animo.

Recita IV. Regulam.

Substantivo item verbo subjicimus Genitivum, vel Ablativum, cum formam aut qualitatem aliquius describimus. vt:

Cum

Cum faciem videoas, videatur esse quantitas preciosus.
Cicero fuit tenuissima valetudine.

3. Quæ verba regunt Dativum & Accusativum?

De his observentur duas Regulae.

Recita I. Regulam.

Certa quædam verba tām simplicia quām composita, modo Dativum, modo Accusativum, regunt, manente eadem significatione:

1. Simplicia: ut Moderatur ira, moderatur maria.
2. Composita sunt: Antecello, antecedo, anteverto, præco, præverto, præcedo, illudo, aspergo, præfleo. vt:

Ea res longè ceteris antecellit.
Eloquentia ceteros antecellit.

Recita II. Regulam.

Sunt certa quædam verba, quæ modò Dativum, modò Accusativum adsciscunt, sed diversa significatione. B. 130. e.

1. Caveo cum Dativo significat consulendo, damnum avertio: cum Accusativo significat fugio, vel vito. vt,

Tu qui ceteris cavere didicisti, ne decipiari. caveo. Cic. Nihil credam, & omnia cavebo: Cic.

2. Consulo cum Dativo significat prospicio: cum Accusativo est consilium expeto.

3. Suscul-

42

3. Ausculto cum Dativo est parco; cum Accusativo audio.

4. Meruo & timeo, cum Dativo est sollicitus sum pro aliquo: cum Accusativo est reformido ut hostem.

5. Solvo cum Accusativo est enodo, expedio cum Dativo, est satisfacio.

6. Tempore cum Dativo est abstineo; cum Accusativo est moderor.

Etsic etiam de aliis, quae ex lectione autorum colligantur.

4. Quæ verba regunt Accusativum & Ablativum?

De his observeatur hac Regula,

Quæ mensuram aut spaciū significant Accusativo casu, vel Ablativo cum verbis junguntur ut, *Dic quibus in terris C^oeris mihi magnus Apollo.*
Tres pateat cœli spatium, non amplius vlnas.

III. DE VERBO REGENTE Nomina Temporis, Locorum, & Numeralia.

1. Nomina Temporis.

Quot modis Nomina Temporis cum verbis construuntur?

Quobus modis; in Ablativo & Accusativo casu.

1. Quando

1. Quando Nomina Temporis effruntur in Ablativo?

Nomen Temporis effertur in Ablativo casu; cum respondetur ad quæstionem factam per QVANDO.

Recita I. Regulam.

Ablativo Nomina Temporis effruntur, cum speciem magis, quam durationem significamus. vt, *Nemo mortalium omnibus horis sapit.*

2. Quando Nomina Temporis effruntur in Accusativo?

Nomina Temporis efferuntur in Accusativo, cum respondetur ad quæstionem factam per quam diu, quam pridem, vel quamdudum.

Recita II. Regulam.

Accusativus frequentior est iis, quæ duratio-
nem seu continuum tempus significant. vt:
Biduum absuit.
Noctes atq^z, dies patet atrijanua Ditis.

2. Locorum Nomina.

Nomina Locorum variis casibus cum Verbis junguntur.

Quomodo construuntur Nomina
Locorum?

Nomina Locorum sunt duplia. *Alia sunt Propria,*

Propria, alia sunt Appellativa duorum, Propria
tunc alias sunt Regionum, alia Vrbium propriæ.

I. Quomodo Nomina Propria Re- gionum & Appellativa Locorum cum Verbis junguntur?

Nomina propria Regionum & Appellativa
Locorum intercedente præpositione cum verbis
junguntur.

Recita Regulam.

Nominibus Regionum præpositiones sicut
& Appellativis adduntur, sive verbis in loco, sive
de loco, sive ad locum significantibus, adjici-
antur.

De Nominibus Regionum.

Duxit exercitum in Italiam.

De Appellativis.

Venio in Vrbem. Proficiscor ex Urbe.

2. Quomodo Nomina propria Vr- bium cum verbis junguntur?

Propria Vrbium absq; Præpositione cum ver-
bis junguntur tribus modis, juxta tres Regulas.

Primum, cum in loco esse significant.

Secundò, cum ad locum significant.

Tertiò, cum de loco vel per locum significant.

Recita

Recita I. Regulam.

Vrbium propria 1. primæ, vel secundæ decli-
nationis, in loco esse significant, Genitivo casu
singularis: 2. Tertiæ autem declinationis, & plus
ratiat tantum, Ablativo vt,

1. Roma Cicero fuit Consul.
2. Paulus docuit Corinchi biennium.
3. Lacedæmoni in summo honore fuit Senectus.
4. Athenis fuit domicilium omnium artium.
5. Delphos oracula Apollo sedebat.

Recita II. Regulam.

Ad locum significat Accusativus, cuiuscunq;
numeri aut declinationis nomina ipsa fuerint. vt:

1. Proficiscor Vittebergam.
2. Veni Ephesum.

Recita III. Regulam.

De loco autem & per locum significantes:
Ablativo utimur. vt,
Roma profectus est cum exercitu.

Recita IV. Regulam.

Propria Civitatum imitantur & hæc Appella-
tiva: Domus, Rus, Humus, Militia. vt,
sum domi, Eo domum. Venio domo.
Sum yuri. Eo rus. Redeo rure.
Iacei humi. Tollitur humo.
Vna semper militia et domi sumus.

3. De

3. De Numeribus.

1. Quomodo construuntur Cardinalia?

Cardinalia construuntur cum substantivis more adjectivorum in eodem genere, numero & casu: vel substantivè usurpata more partitivorum. Genitivum adsciscunt. vt,

Centum Senatorum. Mille hominum.

2. Quomodo construuntur Distributiva?

Constructio Distributivorum continetur duabus Regulis.

Recita I. Regulam.

Distributivis utimur, cum distributione facta, suum cuique parti numerum assignamus. vt,
Binaboum nobis Trojageneratus Acestes.
Dat numero capita in naues.

Recita II. Regulam.

Adduntur & distributiva numeralia Nomini- bus, quæ pluraliter tantum dicuntur. vt,
Binas literas abs te accepi eodem exemplo.

3. Quomodo construuntur Ordinalia?

Ordinalia junguntur Substantivis more ad- jectorum, in eodem genere, numero & casu, sed plerumque addita particula quisque.

Recita

Recita Regulam.

Ordinis nominibus perinde ut ceteris adjecti- vis utimur, addita tamen particula Quisque. vt,
Febris me invadit tertio quoque die.

IV. DE REGIMINE INF- INITIVI VBI & de Gerundiis ac Supinis.

1. De Infinitivis.

Quomodo Infinitivus construitur?

Constructio Infinitivi continetur quatuor Regulis: Quarum?

Prima est, de Accusativo ante Infinitivum.
Secunda, de Verbis quibus Infinitivus adjungitur.
Tertia, de Infinitivo ESSE.
Quarta, de Infinitivo loco Gerundij.

Recita I. Regulam.

Accusativus proprius casus Infinitivorum est, praecedens Infinitivum, perinde, ut Nominati- vus Verbum finitum: Et exponitur per Nomi- nativum, mutato verbimodo, & adiecta parti- cula QVOD vel VT. vt,

Ajunt probos adolescentes depravari consuetudine malorum, Id est quod probi depraventur.
Ajo te Aeacida Romanos vincere posse.

Recita II. Regulam.

G Infini-

Infinitivi adduntur verbis significantibus, qua-
lemcunque voluntatem, aut sensum, aut facul-
tatem. vt,

1. Cupit te videre.
2. Salvum te advenire gaudeo.
3. Nequeo mearum rerum initium ullum in-
venire idoneum.

Recita III. Regulam.

Casus sequens Infinitivum Essē, & quæ similis
constructionis sunt, convenit cum proximo casu
præcedente. vt,

Cave te tristem esse sentias.

Recita IV. Regulam.

Græcismi sunt, cum Infinitivi adduntur No-
minibus Facultatem significantibus: aut alias pro
Gerundiis usurpantur. vt,

Nunc tempus est dicere quæ sentias.

2. De Gerundiis.

Recita I. Regulam.

Genitivi casus Gerundia seqvuntur Nomina
voluntatem, aut facultatem significantia. vt,
Quis igitur relictus objurgandi locus?

Recita II. Regulam.

Accusativi casus Gerundia cum Præpositione
annectuntur verbis. vt, Virgil. 3. Georgi.

Namq; ante demandum ingentes tollunt animos.

Recita

Recita III. Regulam.

Cum necessitatē significant in DVM Gerun-
dia, Impersonalium modo ponuntur, & i. vel
Dativum juxta se habent 2. vel Casum omnino
nullum. vt, Sperandum est vivus.

Recita IV. Regulam.

In DO Gerundia seqvuntur Verbum, vel cum
Præpositione, vel sine Præpositione. vt,
Omnia conando docilis solertia vincit.
Ratio rectè scribendi cum loquendo juncta est.

Recita V. Regulam.

Gerundia post se recipiunt casus suorum Ver-
borum. vt,

Gratia salutandi amicos domum redii.

Recita VI. Regulam.

Gerundia mutanda in participia construuntur
juxta Regulam Adjectivi & Substantivi. vt,

Gratia salutandorum amicorum domum redii.

3. De Supinis.

Quomodo construuntur Supina?

Duobus modis, juxta duas Regulas.

Recita I. Regulam.

G 2 Supina

Supina priora casum verbi sui adsciscunt, &
cum verbis significantibus motum ad locum jun-
guntur. vt,
Stultitia est, venatum ducere invitatos canes.

Recita II. Regulam.

Posteriora supina construuntur. 1. vel cum
adjectivis facultatem aut modum aliquem signi-
ficiantibus. 2. vel cum verbis significantibus mo-
tum de loco. vt,

Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli. Virg.
Obsonatu redeo.

V. DE IMPERSONALIVM SYNTAXI.

Quotuplicia sunt Impersonalia?

Impersonalia sunt duplia: Passivæ vocis &
Activæ vocis.

Dic Regulam.

i. Quomodo Impersonalia Passivæ vocis construuntur?

Impersonalia Passivæ vocis ante se casum non
habent: post se autem plerosq; eos, quos reci-
pit verbum Passivum. Aliquando nec ante se,
nec post se casum habent. vt,

Nisi cum præsidio earum indigetur.

Mibi

Mibineq; seritur, neq; metitur.
Vivitur ingenio, cetera mortis erunt.
Factum est à vobis duriter.
Quid agitur? Statur.

2. Quot modis Impersonalia Activæ vocis construuntur?

Quinq; modis, juxta quinq; Regulas.

Recita I. Regulam.

Est interest, & Refert, impersonaliter posita,
personam Genitivo designant, à se autem Infiniti-
tivum recipiunt, vel Conjunctionum cum particu-
lis: VT, AN, NE, & similibus. vt,

Boni pastoris est condere pecus, non degubere. Suer,

Recita II. Regulam.

Quatuor his verbis. 1. Decet, 2 Delebat, 3. In-
vat, 4. Oportet. Accusativi personam addunt, se-
quentibus mox Infinitivis. vt,

Omnes homines sumimè ope nisi decet, ne vitam
silentio transigant, veluti pecora. Sallust.

Recita III. Regulam.

Pathetica Impersonaliū precedunt Accusa-
tivi, seqvuntur Genitivi vel Infinitivi. vt,
Sua quemq; fortuna pœnitet.

Recita IV. Regulam.

Cetera Activæ vocis Impersonalia pleraque
G 3 Dati-

Dativum, qui personam significet, & post se Infinitivum habent. vt,
Non hercle vacat mibi nunc auscultare.

Recita V. Regulam.

Impersonalibus annumerantur & cætera verba quoties absolute sine Nominativo ponuntur, sequente mox Infinitivo, vt sunt: *Debet, capit, solet, potest, certum est, apparet, stat, est, pro licet, & similia.* vt,

Debet adolescentiam pœnitere peccati.

Hactenus de Verborum Syntaxi: sequitur.

DE PARTICIPIIS.

Quot modis Participia construuntur?

Tribus modis:

1. *Mōre verbī.*
2. *Ponuntur pro Infinitivū.*
3. *Vsurpatur in designatione consequentie.*

Priores duæ Regulae sunt regiminis, tertia est convenientia.

Recita I. Regulam.

Participia imitantur verborum suorum constructionem. vt,

Legens Ciceronem latinam linguam disces.

Recita

Recita II. Regulam.

Vsurpantur etiam Participia pro verbis Infinitivis. vt,
Priusquam incipias consulta, ubi consulueris manetur factō opus est.

Recita III. Regulam.

Duo Ablativi Consequentiam designantes absolute junguntur, alter Nominis, alter Participij, sive positi, sive subintellecti. vt,

Rubescens aurorā tempestas sequi solet.

Oscitante uno, oscitat & alter.

Hactenus de structurâ seu Syntaxi partium orationis variabilium: tām in convenientia, quam in regimine: Sequitur de Syntaxi partium Orationis invariabilium, scilicet 1. Adverbij.

2. Conjunctionis.
3. Propositionis, & 4.
- Interjectionis, cum aliis partibus.

I. DE ADVERBIORVM SYNTAXI.

Quotuplex est Adverbiorum Syntaxis?

Duplex itidem: 1. Convenientia.
2. Regiminis.

G 4

Quoz

48

Quot sunt Regulæ de Adverbiorum
Syntaxi convenientiæ?

Tres:

Recita primam Regulam de Verbis &
eorum Participiis?

Adverbia subjiciuntur verbis & eorum Participiis, ad explicandas actionum circumstantias.
vt, Bis dat, qui citè dat.

Recita secundam Regulam de Adverbii cum Nominibus?

Adjiciuntur adverbia & Nominibus 1. Adiectivis, aut 2. Adiective usurpati, sine tamen respectu caluum intendendi vel minuendi gratia, ut,
Multi diversus.
Mulier admodum anus.

Recita tertiam Regulam de Adverbii cum aliis Adverbii?

Adverbia inter se quoq; conveniunt: ut, Sae-
cùè sat bene. Cato.

Ferè libenter homines id, quod volunt, credunt.
Cæsar.

2. Quot

2. Quot sunt Regulæ de Regimine
Adverbiorum?

Quinque.

Recita I. Regulam.

Adverbia derivata pleraq; primitiorum constructionem sequuntur. ut,
Terrorum et fraudis abunde est.

Recita II. Regulam.

Quæ Comparativi aut Superlativi gradus sunt,
Nominum eorundem graduum, constructionem
imitantur. ut,
Melius illo cecinit, vel optimè omnium.

Recita III. Regulam.

Genitivum ferè adsciscunt Adverbia, quæ 1.
Copiam, 2. Penuriam, 3. aut partitionem si-
gnificant. ut,
Satis eloquentia. Sapientia parum.

Recita IV. Regulam.

Sunt & Loci quædam, & temporis & quantitatis
adverbia, quibus familiariter Genitivi adduntur,
quibusdam etiam Accusativi. ut,

Nusquam gentium.
Interea Loci.
Postridie Compitalia.

G 5

Recita

Recita V. Regulam.

En & ecce aliás Nominativum, aliás Accusati-
vum adsciscunt. vt,
En dextra fidesq.
Ecce miserum hominem:

II. DE CONIVNCTIONVM SYNTAXI.

Quot modis construitur Conjunctiones

Duobus modis: juxta duas Regulas; quarum pri-
or convenientia: posterior regiminis dici potest.

Recita I. Regulam.

Conjunctione 1. aut similes casus, modos, ac
tempora conjungit. 2. aut novam orationem su-
periori attexit. vt,

Nox & amor vinumq; nibil moderabile suadent.

Recita II. Regulam.

Vt causalis, & quæ similem vim habent, Con-
junctivum adsciscunt: Si Præsens verbum vel Fu-
turum præcedit, Conjunctivum Præsentis tem-
poris terè tantum esse solet: Sin Præteritum Ver-
bum præcesserit; Conjunctivum Præterito Im-
perfecto tantum ponitur. vt,

Iubebam vt faceres: iussi vt faceres, iussoram
vt faceres.

De Prg.

De Præpositione.

Quomodo construuntur Præposi- tiones?

Quinq; modis: secundum quinq; Regulas: qua-
rum priores duæ de rectione simplici, tertia de mix-
ta, quarta de figurata: quinta de convenientia est.

Recita I. Regulam.

Accusativo casui serviunt triginta Præpositio-
nes: Ad, apud, ante, adversus, cis, citra, circum,
circa, circiter, contra, erga, extra: Inter, intra, in-
tra, juxta; Ob, penes, per, post, prope, pone, pro-
prier, præter, secundum, secus, supra: Trans, vsq; a
ultra. vt,

• Ad generum Cereris, sine cæde & sanguine
pauci.

Descendunt Reges, & siccâ morte Tyranni

Recita II. Regulam.

Ablativo casui serviunt quindecim Præpositio-
nes: A, ab, abs, absq;, cum, coram, clam, de, è,
ex, pro, præ, palam, sine, tenus. vt;

Stare è mendacio contra verum.

Recita III. Regulam.

Quatuor hæc Præpositiones, In, sub, super, &
subter. 1. Accusativo casui serviunt, cum motum
ad rem

ad rem vel locum significant: 2. Ablativo cum
in re vel in loco verlari. vt,

Eo in Templum.

Sum in Templo.

Recita IV. Regulam?

Præpositiones cum amittunt casum suum,
sunt Adverbia. vt,

Longo post tempore venit.

Ante leves ergo pascuntur in atberc cervi.

Recita V. Regulam.

Nonnunquam Præpositio suo casui postponi-
tur per Anastrophen, id est, inversionem. vt,
Te sine nibil altum mens inchoat.

De Interjectionibus.

Quomodo construuntur Interje- ctiones?

Sex modis: juxta lex Regulas: quarum priores
quatuor de rectione simplici, quinta de mixta,
sexta convenientia.

Recita I. Regulam.

VAH, Nominativo jungitur. vt,
Vah homo impudens, vel & Vocativo.

Recita II. Regulam.

HEI & VÆ, Dativum adscilicunt. vt,
Vae capiti tuo. Vamibi misero.

Recita

Recita III. Regulam.

HEV Accusativum adscilicunt, aut Nominati-
vum. vt,

Heu serpem invisam.

Heu pietas, heu præca fides.

Recita IV. Regulam.

AH & OHE, vocativum adscilicunt, vt,

Ah virgo Infelix.

Ohe jam satis est; Ohe libelle.

Recita V. Regulam.

O exclamandi particula. & PROH i. modò
Nominativum, 2. modò Vocativum. 3. modò
Accusativum adscilicunt. vt,

O vir fortis atq; amicus.

Recita VI. Regulam.

Cæteræ Interjectiones: & aliæ particulæ, quæ
Interjectionum vicem interdum sustinent, ple-
rumq; sine casibus in oratione ponuntur. vt,

Eben quam pigui macer est mibi taurus in arvo.

Quid (malum) bone vir mibi narras?

Tantum de Syntaxi.

LAVS DEO.



LEVTSCHOVIÆ.

Ex Officina Typogra-
phica, DANIELIS
SCHVLTZ,
Anno Domini,
M. DC. XIX.



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./